

Hi magisterii dignitate ornandos censuerunt eos, quorum nomina sunt subscripta:

| | | |
|---|--------------------------------|----|
| Ioannes Heil Meiningensis | Henricus Cuno Fribergensis | |
| Thomas Pregelius Noricus | Andreas Agricola Pirnensis | |
| Andreas Rotha Friburgensis | Andreas Bergner Neustadiensis | 10 |
| David Henicke Aldeburgensis | Martinus Rosler Pelgranus | |
| 5 Iacobus Schores Glogoviensis | Iacobus Strasburg Fribergensis | |
| N 159. Ioannes Schirmer Frickenhusianus | Valentinus Weigel Haynensis. | |
| Ioannes Puchpach Northusanus | | |

Qui cum singuli satisfecissent communitati studii bonarum artium, designati fuerunt magistri a magistro Thoma Hoffmanno, eo tempore decano.

III.

Baculariandorum examini una cum decano praefuerunt doctissimi viri, bonarum artium magistri, Donatus Zolner, Antonius Glining, Leonhardus Lycius et Ernestus Bochius, qui bacularios bonarum artium creandos censuerunt eos, quorum nomina ordine sunt subscripta:

| | | |
|------------------------------------|----------------------------------|----|
| Ioannes Koch Brunsvigensis | Bonefacius Galliculus Iphovensis | |
| Gregorius Harthman Lipsensis | Christopherus Henicus Camitianus | |
| N 159. Urbanus Helischer Haynensis | Melchior Spitzing Chemitianus | |
| Ioannes Beyr Haynensis | Petrus Krakau Lucensis | 10 |
| 5 Ioannes Albinus Coburgensis | Matheus Reschuch Gottlebensis. | |
| Petrus Werner Budissinus | | |

Horum promotor fuit doctissimus vir Anthonius Gliningus. Anno quinquagesimo nono die duodetricesimo Ianuarii receptus est ad nostrum consilium humanissimus et doctissimus vir Balthazar Gutlerus, cum veteribus et novis statutis satisfecisset.

1559
Jan. 28.

1559 Sommersemester. 300. Decan Ernst Bock von Celle.

- N 160. Ernestus¹⁾ Bock Cellanus, optimarum artium et philosophiae magister et collegii Bardovicensis canonicus in Saxonia, post natum in carne Dei filium et salvatorem mundi Christum Iesum anno quinquagesimo nono x. Calendas Maii factus decanus et propter avocationem illustrissimi Brunsvicensium et Luneburgensium principis magistratu abiens mense Iulio reliqui temporis curationi vicariae magistrum Casparum Iungerman Cerbestensem praefecit, usus cum hoc in facultatis artium negotiis et respectu publicae doctrinae officialibus subscriptis.

Apr. 22.

¹⁾ Dies Decanat fehlt in C. In N Wappen: ein schwarzer mit rother Zunge ausgestatteter Bock, gegen einen grünen Baum anspringend, in blauem Felde. Der gleiche springende Bock auf dem Helme.